



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

IV. De Poenitentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

quotidiè vsque ad consummationem  
sæculi.

3. Quid? In lege Naturæ & Moyſis  
fuiſſet Propitiatoria; & in Chriſtiana  
lege ea deſiderarentur? Job. c. i. quoti-  
die ſacrificabat pro peccatis libero-  
rum. Et vt pro amicis Deum propitia-  
ret, ca. vlt. iuſſit ipſe Deus. Quæ ſacrifi-  
cia, *Leuit. 5. & 6.* varia, cum typica fue-  
rint Chriſtiani, quanto magis hoc eſſe  
propitiatorium oportet: Et ea propitia-  
bant, non ex ſe, ſed reſpectu ſuo ad ſacri-  
ficium Crucis; quo efficacius Chriſtia-  
nū, in quo ſum Ipſe propitiatio veſtra?

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ eſſe Impetrato-  
rium negant.

CHRISTVS. Meum, inquam, Sa-  
crificium Miſſæ eſt vel maxime Impe-  
tratorium.

1. Cū inter Orationes, quas iuſſi,  
locum facilè principem obtineat. Hoc  
meus voluit, qui, *i. Tim. 2.* Suadet fieri  
in Eccleſia Obſecrationes, poſtulationes, oratio-  
nes, gratiarum actiones pro omnibus. Et rectè  
ſic expoſuerunt eum S. Patres.

2. Idem Typi in Veteri Teſt. docent  
de Hoſtijs Pacificis, *Leu. 7.* Dauid, *2.*  
*Reg. vlt.* pro auertenda peſte obtulit pa-  
cifica: Onias, *2. Mach. 3.* pro ſalute He-  
liodori. *Eſd. 6.* pro vita Darij. Enimvero  
*Ego ſum pax veſtra.*

IV. DE POENITEN-  
TIA.

QVÆSTIO, XXIX.

*An Penitentia ſit verè Sacramentum?*

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS cum ſuis principio negarunt: dein af-  
ſeruerunt.

CALVINVS cum ſuis pernegant. Vide *Luthe-  
ro cal. p. 3. q. 80.*

CHRISTVS. Ego vero aſſerui, &  
aſſero eſſe Sacramentum: Ioan. 20. *Ac-  
cipite Sp. Sanctum, quorum remiſeritis pecca-  
ta, remittentur eis. Et quorum retinueritis, re-  
tenta ſunt.* Hic nil abeſt eorum, quæ ve-  
ro ineſſe Sacramento debent.

I. SIGNVM Externum: *Remiſeritis:* Re-  
mitti verò ſibi peccata nemo inteligit,  
niſi per ſignum, ſeu Ritum: vocis Tum  
Abſoluentis: *Ego remitto;* ſeu, *Et in eo ſibi.*  
*Et c.* Tum penitentis; Non enim remi-  
ti peccata debent aut Nolentibus, aut  
niſi ijs, qui peccata ſe habere confiten-  
tur, ſibi que diſplicere teſtantur. Tales,  
*Act 19. Qui crediderant, veniebant conſiten-  
tes, & annunciantes Actus ſuos.* Idem que  
promulgatum eſt, *Iac. 5. Conſitemini al-  
terutrum peccata veſtra; ut ſaluemini.*

II. PROMISSIO gratiæ: *Remittuntur*  
*eis;* idque poteſtate Iudicaria; non An-  
nunciatoria. Quippe hic ego dedi pote-  
ſtatem Clauium; non Prædicationis.  
Vnde rectius Patres interpretati ſunt  
idde Fidelium peccatis remittendis in  
penitentia: non de Infidelium remitte-  
ndis peccatis in baptiſmo. Atque de  
fidelibus iudicatur: Nam *i. Cor. 6. Quid  
ad me de his, qui foris ſunt, iudicare?*

III. MANDATVM liquet ibidem.  
Nam ideo Ritum dedi, & gratiam pro-  
miſi, quod vſum eorum vigere volo, &  
durare vsque dum purgatione eger Ec-  
cleſia *Luc. 13. Niſi enim penitentiam gegeris,  
ſimiliter peribis.*

IV. FOR-

IV. FORMA liquet ibidem: *Remitto tibi peccata tua*: Velex Mar. Absoluo te: *Quæcunque solueris super terram*. &c. Sicut ex illo: *Baptizantes eos in Nom.* &c. forma petitur ista, *Ego te baptizo.*

V. MATERIA Essentialis est in pœnitente Actio Contritionis & Confessionis: Integrans est, Actio satisfactoria. Cum igitur adsint Pœnitentiæ, quæ ad Sacramenta requiruntur; ipsum verè Sacramentum esse necesse est. Vide plura in *Luthero-calvin. par. 3. question. 80.*

### QVÆSTIO XXX.

*Quæ sunt Partes Pœnitentiæ Essentiales?*

#### XL. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINISTÆ Essentiales partes constituunt Memoriam reditum ad acceptum baptismum; & Absolutionem. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 81.*

CHRISTVS 1. Dixit meus, qui me dilexit: i. Ioan. 1. *Si Confiteamur peccata nostra*; non, si respiciamus ad baptismum: *Fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos.*

2. Dixit Vas electionis: Heb. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, sc. per baptismum, ut bene S. Patres; & prolapsi sunt, rursus, repetito & iam mente baptismo, renouari ad pœnitentiam baptismalem*: At vero ad aliam Sacramentalem etiam plus *septuagies septies* possibile est renouari. Ratio. Vnum enim est fundamentum fidei & Ecclesiæ, ianua vna Baptismus: oportet esse *Non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ baptismalis*:

*Qui non intrat per Ostium baptismi, ille fur est infidelis*: Ioan. 10. *Qui autem intrat per Ostium, ille vocem meam audit*. Doctrinæ docentis per Ecclesiam, & pascua inueniet Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Confirmationis, &c.

3. Neque Petrus Simonem baptizatum, ac relapsum in peccata, Act. 8. remisit ad memoriam baptismi: Nec, 1. Cor. 6. incestuosum Paulus: sed ad Pœnitentiam, tabulam secundam post naufragium.

4. Nihil vsquam in S. Scriptura, vel in Ecclesia Dei reperitur doctum tale, de memoria baptismi.

#### XLI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Hi Absolutionē sō a esse partem Essentialē volunt Pœnitentiæ: Isti duas, Ritum visibilem, & Verbum Absolutionis.

CHRISTVS S. Ego verò duas solas institui, Confessionem, & Absolutionem, Ioan. 20. ceu supra liquet. Cum enim Sacramentum voluerim esse signū visibile inuisibilis gratiæ, statui ad signū externum Confessionis peccata remitti cum signo externo sc. Absolutionis; aut, isto non apparente, peccata retineri, cum signo Absolutionis item negato. Ut pœnitentes ab impœnitentibus dignoscantur: & illi plus *septuagies ignoscatur*: hi verò *sint tibi sicut ethnicus & publicanus*. Est autem Sacerdos primarius Operarius meus, per Claves Absolutionis; huius vero Cooperarius est Confitens per actum sinceræ & contritæ humiliatio- nis; ad exemplum Publicani stantis retrò; & Magdalenæ lauantis pedes meos lacrymis; & respecti à me Petri flentis amarè.

\* \*

L 2

QVÆ-

## QVÆSTIO XXXI.

*Quæ sint Partes Pœnitentiæ Materiales?*

## XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Alij duas aiunt, Contritionem & Fidem. Alii tertiã addunt Nouam obedientiam, seu Opus bonum.

CALVINIANI duas, Mortificationem veteris hominis & vitiorum; ac Viuificationem per fidem. Vide *Luthero-cal.p. 3. q. 8. 4.*

CHRISTVS. I. TERROR ex minis Legis non est Contritio, aut Mortificatio, nec pars Pœnitentiæ. Nã, 2. Cor. 7. *Quæ secundum Deũ est Tristitia, Pœnitentiã in salutem stabilem operatur.* Tristitiam hic vocat pudorem & molestiam cogitantis adire pœnitentiã, vt Motiuum ad hanc motiuum verò ad rem pars rei non est. Vnde ibidem ait; *Gaudeo, non quia contristati estis ex pudore humano; sed quia contristati estis ad Pœnitentiã, id est, de fructu tristitiæ gaudeo qui est impulsio, accessioque ad Sacramentum.* Vide q. sequentem.

II. FIDES non est pars Pœn. etsi praequiratur.

1. Nam *Mat. 1. Pœnitentiã agite, & Credite Euangelio. Act. 20. Testificans Iudais & Gentilibus in Deum Pœnitentiã, & Fidem in Dominum Iesum.* Vbi sanè clara fit distinctio fidem inter & Pœnitentiã.

2. Fides preter Pœnitentiã, & gignit. *Ionã 3. Crediderunt primum Niniuita in Deum, & deinde predicauerunt ieiunium, & induti sunt saccis.*

III. Non sunt pars pœnitent. omnia Opera bona, quæ post iustificationem

fiunt; sed fructus sunt digni pœnitentiã.

IV. Nec Mortificatio & Viuificatio Calviniana sunt partes. Quia & illa sunt fructus pœnitentiæ, ipsaq; Iustificatio: atqui hanc præcedit pœnitentiã. *Ezech. 18. Si pœnitentiã egerit impius; iniquitatum eius non recordabor. Dixi Luc. 13. N. Si pœn. habueritis, omnes similiter peribitis. Luc. 24. Oportet prædicare pœn. & remissionem peccatorum.*

V. Contritio, Confessio & Satisfactio, sunt partes Pœnitentiæ illius, quæ ad remissionem peccatorum in Sacramento ordinatur: Alioquin pœnitentiã virtus, est simplex, partium nescia. Ad Pœnitent. sacramentum igitur pertinet, I. Contritio. *Isaël. 2. Secundite corda vestra. Pl. 50. Cor contritum & humiliatum Deum non despicies.*

2. Confessio *Num. 5. Vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accideri, Confitebuntur peccatum suum. Mat. 3. Baptizabantur ab eo confitentes peccata sua. Act. 19. Multi Credentes ueniebant, Confitentes & annunciantes actum suos.*

3. Satisfactio per opera laboriosa, 2. *Eld. 9. Conuenerunt filij Israel in ieiunio, & saccis, & humis super eos: & Confitebantur peccata sua. Dan. 4. Peccata tua elemosinis redime. Mat. 11. Olim in cinere & cilicio pœnitentiã egissent.*

4. *Dauid, 2. Reg. 24. percussit cor suum: en Contritio: Et dixit ad Dominum: Peccavi valde in hoc factò: en Confessio: Porro en satisfactio: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egimus. &c. Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Publicanus, Luc. 18. Contritus non audebat oculos tenere in calum: Confessus,*

ait.

ait: *Deus propitius esto mihi peccatori: Satisfaciens tundeat pectus. Prodigus, Luc. 15. Cōtritus factum detestabatur: confitens ait, Pater, peccavi in cælum: & corā te. Satisfactorus ait: Fac me sicut unum ex merce navis tuis.*

### QVÆSTIO XXXII.

*Contritio an sit Actio libera, Evangelica, parsque Pœnitentiæ?*

#### XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI, RIGIDI, eam aiunt esse Terrorem ex coactis, & Legis minis: Proinde esse coactam Passiōnem, non Actionem liberam; Non opus bonum, quin spoliat: omni opere bono: ac pertinere ad Legem, non ad Euangelium:

MOLLES contra & CALVINISTÆ docent cum Catholice Orthodoxis.

**CHRISTVS**, Speculum veræ Pœnitentiæ mea præbuit Magdalena; quæ & verbis ipse testatus sum luculentè, Luc. 7. *Dimittuntur ei peccata multa* (Auctoritate mea non vilius virtute Sacramenti, nondum adhuc instituti.) *Quoniam DILEXIT multum*: Non, quoniam fuit passa terrores: sed merito ex amore.

2. Iacobi 1. *Nunquid & demones credunt, & contremiscunt*, ad latam ipsis pœnalem legem. Neque tamen idcirco pœnitentiæ contritionem habere censendi sunt.

3. Ter, & verè testatus est Petrus mihi: Ioan. 21. *Tu scis Domine, quia amo te*: Idemque semper imperterritus egit; nisi quando, Mat. 14. *cæpit mergi*; At *Modice fidei*: Et ancillæ ad vocem terreri, immemor sui, Mar. 14. Ecce terror eum in peccatum negationis traxit: Amore autem mei suus *conuersus fleuit amarè*.

4. Pharisæi quantos Legis terrores aut sentiebant, aut præferebāt hypocritæ: eos tamen Contritionem dixerit

nemo, nisi similis ipsis aut deterior. Nec Regis Balthasar ex conscientiaterror ad visæ manus apparitionem, Contritio fuit: Dan. 5. &c. Nec Iudæ terror conscientie ex læsæ memoria Legis quintæ in Decalogo.

5. Parumne clarè Dauid vim debitam asserit Contritioni, Pl. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*: atque Isaias Dominus: *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, amore Læsi Dei, & deinde etiam tremens sermone s meos pœnales*, Pl. 35. *Prope est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde.*

#### XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio est Passio coacta, non Actio libera.

**CHRISTVS**. At ego inquam, Mat. 3. *Pœnitentiam AGITE*, Ioel c. 2. *scindite corda vestra*. Paulus Act. 17. *Annunciat hominibus, ut omnes ubique Pœnitentiam AGANT*. Imperatur, quod agamus, & agere possumus. Vide *Luthero-calv. par. 3. q. 85.*

#### XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio pertinet ad Legem, non ad Euangelium.

**CHRISTVS**. Ego dico, Mat. 4. *Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum calorum*. Ego Luc. 5. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*. Ego, Mar. 6. mittens Apostolos prædicatum, prædicare pœnitentiam iussi: Meque explicavi post resurrectionem, Luc. ult. *Oportet prædicari Pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes*. Petrus, Act. 5. verè dixit, *Me exaltatum à Patre, ad dandam Pœnitentiam Israël*. Quin, Act. 11. *Ergo & Gentibus Pœnitentiam dedit Deus ad vitam*.

Hocque prædicauit, Act. 20. *Vis electio-*

tionis, *Act.* 26. Et quisquam adhuc Contritionem ad Euangelium pertinere negabit?

2. Ego, *Ezech.* xi. & 36. Israeli promisi Test. Noui nouum spiritum, & cor carneum pro lapideo; malleumque conterentem petras, *Ier.* 23.

3. Lex vetus hoc differt à Noua, quod nō habeat promissionem gratiæ: Nam, *Gal.* 2. *Si ex Lege esset iustitia, Christus gratis mortuus esset.* *Rom.* 4. *Qui operatur, ex Lege, habet gloriam; sed non apud Deum.* At verò, 2. *Cor.* 3. *Idoneos Nos fecit Ministros Noui Test. non Litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus a. viuificat.* *Nā, Pl.* 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus.* *Ezech.* 18. *Si impius egerit penitentiam, vita uiuet.*

4. Lex solum terreret; non Euangelium? Et vero hoc longe horribilius terret illa, minaturque gehennas. *Mat.* 3. *Cuius ventillabrum in manu eius. &c. paleas autem comburit igne inextinguibili.* Sic passim comminor gehennas, vermes immortales, Tenebras exteriores, stridorem, supplicia. &c. *Non erubescio Euangelium: Virtus enim Dei est in salutem omni Credenti. &c. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam. &c.* Atque tantò minus spoliatur bonis operibus hominem Contritio, vt quidam errare malunt inimici crucis.

#### QVÆSTIO XXXIII.

*Contritio Vnde, Qualis, Quanta esse debet?*

#### XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANVS Kemnitius affingit Conc. Tridentino, quod stabiliat Pelagianismum, ac doceat Nos à peccatis liberari, non Dei gratiâ, sed nostris meritis.

LUTHERANI tamen omnes & Calviniani in hoc consentiunt nobiscum.

CHRISTVS. Dixi, *Mat.* 18. *Si quis Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* At Vniuersalis Ecclesia mea in Conc. Tridentino definiuit ac sapius stabiliiuit istud: Contritio seu Pœnitentia est Donum Dei, nec potest sine speciali gratia obtineri. Teste verbo factoque meo. Nam, *Luc.* 22. Me negauit Petrus tertium; nec resipuit, donec ego conuersus respexi Petrum: & fleuit amare. Pulchrè S. Amb. lib. 10 in *Luc.* Quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit Petrus, & non fleuit; quia non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesus, & ille fleuit amare. Ita *Ezech.* 36. *Auferam vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum; ecce Deo opus ac donum.* Ita *Tim.* 2. *Ne quando det illis Deus poenit. & resipiscant à diaboli laqueis.*

#### XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS solus negat odium peccati præteritis penitentia includi; nouam vitam si fieri solem.

Contradicunt ei cæteri Lutherocaluinistæ omnes.

CHRISTVS. Ego verò, *Matth.* 23 & alibi sapius Scribarum ac Pharisæorum coarquo peccata. Sic & *Act.* 7. *Stephanus.* *Act.* 13. *Paulus.* *Act.* 2. & 3. *Petrus.* S c Deus, *Gen.* 3. *Quare hoc fecisti?* *Gen.* 4. *Cain quid fecisti?* Sic Prophetæ omnes in memoriam reducunt peccata. Plena exemplorum scriptura est. *Magdalena, Luc.* 7. *vetera peccata defleuit.* *Luc.* 19. *Zachæus pro præteritis satisfecit.*

#### XLVIII.

**XLVIII. ANTICHRISTIANISMVS.** *re pauperem.* Ita dole, quantum tibi posse videris, exemplo Dauid, Petri, Magdalena. &c.

**LVTHERVS & CALVINISTAE** negant esse Contritionem necessariam remissioni peccatorum.

**LVTHERANI** potiores affirmant Non bificum.

**CHRISTVS.** At primam, vt maxime necessariam, Prophetæ, Baptista, Ego, & Apostoli prædicauimus penitentiam; à qua abesse nequit Contritio. Apoc. 2. *Poenitentiam age, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi cito.* &c. Ezech. 18. *Proiecite à vobis prauitates; & facite vobis cor nouum.*

2. Ita mandauit; *Poenitemini*: proinde quin necessaria sit Contritio, dubitare nefas. Nam, Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.*

3. Væ dixi impœnitentibus. Mat. 23. *Quoties volui congregare filios tuos.* &c. & noluisisti?

### XLIX. ANTICHRISTIANISMVS.

**LVTHERO-CALVINISTÆ** fingunt à Papiſtis requiri contritionem simpliciter Perfectam iræ Dei æqualem: quæ, vt impossibilis, adigat homines ad desperationem aut hypocrisim.

**CHRISTVS.** Verè Psaltes, 89. *Quis nouit potestatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Inſinitæ iræ nulla humana contritio finita potest æquari: proinde nec vnquam præcepta fuit. Sat mihi, vt Diligi, Sic & conuerti in toto corde. 2. Par. 30. *Dominus bonus propitiatur cunctis, qui in toto corde requirunt eum.* Velle tuum postulo totum; Sentire tuum da, quod vel habes, vel accipis plus minusue Penſo ego, ex quanto, non quantum dolea. Ideo Ita. 30. *Quo momento reuerſus in gremio matris filius eris.* Nã, Ezech. 11. *Facite est in cunctis Dei subnũd boniſta*

### QVÆSTIO XXXIV.

*Effectus Contritionis an sit Remiſſio pec. etiam ſolum cum Voto Sacramenti?*

### L. ANTICHRISTIANISMVS.

**LVTHERO-CALVINISTÆ** negant: Aiunt Lutherani, vt Kemnitius.

**CHRISTVS.** Experta ſecus Magdalena eſt, Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa, Quoniam dilexit multum, ex, & cum qua fluxit Contritio iuſtificans, & dilectionem teſtificans.* Sic Daniel c. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Tob. 12. *Eleemoſyna à morte liberat; & ipſa eſt, qua purgat peccata.* Quæ de eleemoſynis penitentium accipi oportet: nam iſi iuſti remiſſorum pec. pœnas redimunt: iniuſtis nil iuuantur.

### LI. ANTICHRISTIANISMVS.

**LVTHERO-CALVINISTÆ** aiunt, ad desperationem, vel hypocrisim homines induci per poſtulationem perfectæ Contritionis Papiſtica.

**CHRISTVS I.** Ego verò qualem requiſiui Dilectionem ex toto corde, &c. perfectam; talem & Contritionem eſſe penitentis oportere in Magdalena, cæterisque ad me conuerſis peccatoribus, oſtendi. Quocirca perinde eſſe vtraque perfectæ in penitentibus poſteſt; in Volũtate quidem auerſa ab peccato, & conuerſa ad Deum perfectæ; in Senſu autem inferioris animæ; quanti-

eam humana patitur fragilitas. 2. De tali Moyses, Deut. 30. *Si ductus poenitentiae cordis, reuersus fueris ad Dominum in toto corde, & tota anima tua, miserebitur tui.* Sic & 3. Reg. 8.

3. Ita Niniuitæ contriti se conuertunt; & iram Dei auerterunt. Sic plures. Et ea Contritio fieri momento potest: Adeo, Eccl. 11. *Facile est in oculis Dei subire honestare pauperem.*

#### LII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ negant Contritionem esse causam remissionis peccatorum; etsi ad eam asserant esse necessariam: Quin nec eam cum Voto Sacramenti causare eandem.

CHRISTVS. I. At verè Pl. 50. *Sacrificium, sc. Propitiatorium Deo Spiritus con tribulatus.* Teste exemplo Publicani, Zachæi, Matthæi, Petri flentis, & Magdalenæ, & ex Saule Pauli. Ionæ 3. *Vidit Deus opera eorum Niniuitarum: quia conuersi sunt de via sua mala & misertus est Deus.*

II. Quin contritio voto Sacramenti remissionem operatur. Vnde Ezech. 33. *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Ecce, Luc. 15. prodigo reuertenti pater occurrit, osculum pacis offert. Tantum Pl. 31. *Dixit: Confitebor aduersum me iniustitiam meam: Et tu remisisti impietatem meam.*

Nimirum, quia, Prou. 8. *Ego diligentes me diligo:* Hinc, 1. Pet. 4. *Vniuersa delicta operit charitas.* Vnde, 1. Ioan. 1. *Nos scimus: quia translati sumus de morte ad vitam: Quoniam diligimus fratres. Et qui non diligit, manet in morte.*

#### QVÆSTIO XXXV.

Num qua peccata; quot, quantaque sint irremissibilia Pœnitentia?

#### LIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI sub initio Pœnitentiam esse Sacramentum negarunt, Deia vela verterunt, & affirmarunt; sed seorsim cum erroribus.

CALVINISTÆ verò negant praefractè. Vide in Luthero-c. p. 3. q. 80.

In quo sunt Nouatiani, negantes grandiora scelera vllâ vnquam expiari Pœnitentia posse. Vide ibid. q. 91.

CHRISTVS. Mea aut Vox euocantis è quibuscunque miserijs est generalis sine exceptione vlla, Mat. 11. *Uenite ad me omnes, qui laboratis, Sub peccatis, & onerati estis grauiamine conscientiarum, & meritatum illade pœnati um: & Ego reficiam vos.* Hæc Inuitatio est ad peccatores.

2. Promissio item mea ad Petrum constat, Mat. 16. *Vniuersalis: Quodcunque solueris super terram, solutum erit & in caelis.* Ad Apostolos, eorumque Successores, Mat. 16. *Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelis.* Ibidem quoque de NUMERO peccatorum: *Non dico usque septies: sed usque septuagies septies.*

3. Exhibitio Promissi à me facta est: Petro, Ioan. 21. *Pasce oves meas.* A postolis omnibus ipsique S. Sacerdotio: Ioa. 20. *Accipite Sp. Sanctum,* (simul insufflavi in eos) *Quorum remisistis peccata,* (sine exceptione) *remissentur eis.*

4. Exemplis constat idem. Act. 7. Stephanus orauit pro ijs etiam, qui restiterunt Spiritui sancto. Petrus, Act. 8. etiam Simonem Magum pœnitentiæ monuit, Paulus, 2. Cor. 2. *Audiat inier*



vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ut uxorem patris sui aliquis habeat. Huic tamen correpto ac penitenti condonauit.

5. His adde repetita alius: In Regibus Israel, quis Achabo sceleratior? 3. Reg. 12. In Iuda regno quis peior Manasse? 2. Paral. 33. Poenitentibus tamen uenia obigit. Et Iudæ proditori eam obtuli ipse, ac sapius.

6. Prophetæ uniuersè clamant, ut Ezech. 18. 33. Nolo mortem peccatoris. Sic Isa. 1. 55. Jer. 18. &c. Ioel. 2. OMNIS, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit: at omnis serio contritus inuocat Dominum. Hinc, ibid. Inter vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: generatim, Parce Domine, parce populo tuo. Quin & Niniuiti prædicauit Ionas & Rex Ioan. 3. Operiantur sacco homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Et ego Omnes peccatores suscepi; Quin Agnus sui ac sum Dei, qui tollit peccata mundi, quot, quanta, qualiacunque fuerint.

### QVÆSTIO XXXVI.

Contritus ex timore poenæ Seruili, an sit bona?

#### LIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERSVS. Seruiliis timor hypocrisis facit, augetque peccatum.

LVIHERO. CALVINISTÆ uerò eam adprobant, ut bonam, nobiscum.

CHRISTVS. I. Ego multis studui timorem incutere gehennæ per & minas, & increpationes. Mat. 5. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. Sic & Præcursor meus, Mat. 3. Genimina uiperarum, quis uobis demonstrauit fugere à uentura ira? Sic Pfaltes.

7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. &c.

2. Vtilis ille timor est: Nam Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: cap. 25. est initium dilectionis eius. Isa. 26. A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Mat. 1. Si ego Pater uester, ubi est honor meus? Si Dominus, ubi timor meus?

3. Hinc mandauit, Matth. 10. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

4. Hinc eundem timorem inspirat Deum: Rom. 8. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum. &c.

### QVÆSTIO XXXVII.

An sit necessaria CONFESSIO de Iure diuino?

#### LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI Vtilem ac necessariam aiunt; negantque:

CALVINISTÆ vllam esse necessariam pernegant, cum Montanistis, Nouatianis, Massalianis, &c.

CHRISTVS. I. Quia nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & uiuat: Ideoque non ueni uocare iustos ad poen. sed peccatores: idcirco hi quoque tenentur iure diuino circumspicere sibi reconciliationem cum Deo. At huic necessarium est unicum illud, post baptismum, Confessionis medium Sacerdoti faciundæ: Quocirca ad hanc tener iure diuino peccatores necesse est. Atq; eâ causâ Iudices constitui Sacerdotes, lapforum reconciliatores. Iudicium uerò nequit fieri, aut fingi, sine præuia causæ cognitione:

M

Quo-

Quocirca ea est per Confessionem explicanda.

II. HAEC equidem istis manifestauit:

1. Promissione Principi soli Apostolorum facta, Mat. 16. *Tibi dabo Claves regni caelorum: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis: & quodcumque ligaueris. &c.*

2. Apostolis vniuersis promissi, Mat. 18. *Quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solueritis. &c.*

3. Exhibitio promissae Potestatis, Ioa. 20. *Accipite Sp. Sanctum, quorum remisseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt.* Itaque iure diuino tenentur Peccatores sese Deo reconciliare de peccatis, eaque Confiteri; Sacerdotes eadem audire; audita iudicare; iudicata remittere, aut retinere.

III. VSVS APOSTOLORVM solennis sic frequentauit.

1. Act. 19. *Multi credentium veniebant, CONFITENTES & annunciantes ACTVS SVOS. Multi autem ex eis, qui erant acriora sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus.* At Credentes dicuntur post baptismum: ergo Confitentes sunt lapsi post baptismum resipiscentes; Et in specie *Actus suos confitentis*: Idque non solum Deo; sed etiam Paulo. Neque huic factio sic necessario praecessit vlla humana institutio. Quare necessario dandum Institutionem Confessionis a me esse diuinam.

2. DEINDE, 2. Cor. 5. *Dedit nobis, ait deffis me, Ministerium Reconciliationis, & potestatem vobis Verbum reconciliat. Pro Christo ex-*

*golegatione fungimur.* Atqui verò Legatus ad Regem alteri reconciliandum fungi munere hoc nequit, nisi pernoctat causam vi potestatis sibi factae: vnde alter eam edicere tenetur, ac Legati subicere iudicio.

3. ADHAEC Iac. 5. *Confitemini alterum peccata vestra; Necessitatem isthac testatur adhortatio, ad Confitendum Peccata, Homini.*

4. SIMILITER I. Ioa. 1. *Si Confiteamur Peccata nostra, fidelis & iustus est, ut Remittat nobis pec. nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Non dicit, *Si confiteamur nos peccatores in genere; sed in specie peccata nostra.*

IV. FIGURAE istius ritè praecesserunt: Sicut Baptismi in Arca Noe. in Circumcisione; in Transitu maris rubri; in Probatica piscina; in Baptismo Ioannis; in Christi Promissione, Ioa. 3. *Nisi quis renatus. &c.* Figuratum pariter respondit in Institutione, Mat. vlt. *Baptizate omnes. &c.* inque Vsu. Sicut praerunt typi Eucharistici in Oblatione Melchisedech; in Panibus propositionis; in Agno paschali; in Multiplicatione panum; in Promissione Christi, Ioa. 6. Et Res Figurata respondit in Institutione; inque Vsu.

Sic & de Confessione pec. liquent eadem.

Deus eam in lege naturae exegit: In Lege Moysis praescripsit: Ego eam in Euangelio, figuris expressi: Promissum Institui: Apostoli celebrarunt Vsu facti, dicti, scripti.

IN LEGENATURAE, Deus exegit Confessionem peccati, Gen. 3. ab

Adam

Adam & Eva: *Gen. 4.* ab Cayn. Et confessio oris, & peccati specialis; idque coram Ministro Dei angelo sic interrogante non solum cordis, peccati in genere, & coram Deo solo. Atqui & *Sacerdos Angelus Domini est. Malac. 2.*

II. IN MOSAICA. *Leu. 13. 14.* Iudicium lepræ solis creditum est Sacerdotibus inspectoribus, ac iudicibus lepræ. Et ego eam approbavi *Mat. 18. Ostende te Sacerdoti. Num. 5. & Leu. 5.* Confessione addidit Deus, loco Satisfactionis, Oblationem Sacrificij. *Num. 5. Vir, siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque deliquerint; confitebuntur peccatum suum, quod fecerunt expresse, habetur in hebraico. Leuit. 5. Agat penitentiam pro peccato.*

Quod si in Vet. Test. instituta Confessio fuit iure diuino necessaria; ubi nulla impendebatur Absolutio: quanto magis in Nouo?

III. IN EVANGELIO. *Mat. 3. Mar. 1.* Accurrentes ad baptismum Ioannis confitebantur peccata sua. *Ioan. 11.* De excitato Lazaro dixi Apostolis; *Soluite eum, in figuram Ministerij instituendi.* Quare *Ecccl. 4. Non confundaris confiteri peccata tua.*

### QVÆSTIO XXXVIII.

*An dimissa culpa quandoque poena remaneat temporanea?*

#### LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI cum Lutero affirmant Nobiscum.

CALVINVS cum Lutero & Calvinistis negant. Vide *Luthero-c. p. 3. q. 98.*

CHRISTVS. Nolo. Veteris Te-

stamenti dicta, factaque sat restantur; persæpè temporalem peccatoribus remanere luendam pœnam, culpâ condonatâ.

1. Cùm enim Deus sit idem & non mutetur, semper & Iustus, & Misericors; misericordia tamen super alios iudicium: idcirco licet in culpæ veniâ sit nunc facilior, placatus à me restitutor Amicitia suæ ad nos: tamen Iustitiæ pactum in vtramque stat partem, ad & præmia iustorum, & supplicia peccatorum iustilance diuidenda cuique prout gessit. Hinc *Dauid, 2. Reg. 12.* adulterij, homicidij; culpâ donatâ, pœnas expendit morte filij *Idem, 2. Reg. 24.* ob numeratum populum pœnitens in gratiam recipitur: optio tamen ei facta est belli, famis, aut pestis, in partem pœnæ, idque ad peccatum præteritum luendum; non ad cauendum futurum. Ideo & flebat de peccato ad Satisfactionem; non de futuro ad cautionem.

2. Item *Sap. 10. Sapientia eduxit eum Adam à delicto suo.* & tamen ecce temporalem pœnam, *Gen. 2. morte morieris: Rom 5. Et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt:* peccato originis remisso pœna, tamen subeunda lupereft.

3. Dominus, *Exo. 32.* ob Moyfi preces peccatū adorati vituli dimiserat; multa tamen millia sunt ob id interfecta.

4. Ad preces Moyfi, *Num. 14.* murmuratio populi remissa fuit; in pœnam tamen omnes mori in deserto oportuit, præter Caleb, & Iosuen.

5. Moyses & Aaron suæ ad petram incredulitatis veniam obtinuerunt; nō pœnam tamen euaserunt, quin more-

M 2 tentur

rentur ante ingressum terræ promissæ. Num. 20. Ideo, 1. Cor. 11. ob indignam Synaxin, inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi, ecce pœnam temporariam: Verum à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. ecce remissam culpâ. Propheta, 3. Reg. 13. inobediens voci Domini à leone occiditur in pœnam: licet impetrarit veniam.

### QVÆSTIO XXXIX.

Num quæ Opera bona sint Satisfactoria pro reatu pœnæ temporalis?

#### LVIII ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERANI aiunt, Pœnis temporalibus commertis per spontaneas pœnas posse Dei manum vindicem præueniri & auerti.

**C**ALVINIANI id pernegant: in meo. Lutheri. c. p. 3. q. 99.

**C**HRIŒTVS. Atego docui gemina viperarum fugere à ventura ira, Mat. 3. Lu. 3. Idque per prædicatam Pœnitentiam, & fructus dignos pœnitentiæ.

2. Ego Mat. 12. Lu. 11. contra duræ ceruicis viros dixi: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnit. egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus, quam Jonas hic. &c. Unde Pater meus, 2. Paral. 7. Si clausero caelum. &c. & conuersus populus deprecatus me fuerit: ego exaudiam de celo. &c. Dan. 4. Quamobrem consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime. Sic, sic Luc. 21. Fugite à ventura ira, qua superueniet uniuerso orbi. &c. Et tanquam laqueus superueniet in omnes.

#### LIX. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERANI, Castigationes à Deo immittæ vt feren-

da sunt, ita vel susceptæ sponte, vel ab Confessarijs iniunctæ, ad reatus pœnam temporalem expiandam, temerè sunt & reuicendæ.

**C**HRIŒTVS. I. De sponte accersitis, assumptisque pœnis, odio sui & peccatoris, & peccati; amoreque mei imitandi, dixi, me in exemplum proposito, in frumenti grano mortuo humi: *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Ioan. 12. Quare, Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi Ego sum, illic & minister meus erit. Ego autem passus sum & mortuus, quia Volui. Sic & vos voluntaria in patientia vestra possidebitis animas vestras.

2. Iob. vlt. *Inspicient. & locutus sum: & dixit de me ipse reprehendo, & voluntarie ago pœnitentiam in fauilla & cinere.*

David sponte vltimavit fletus, ieiunia, humicubationes, flagella, saccos. Achab iniustus se humiliavit, 3. Reg. 12. Itemque Niniuitæ egerunt ipsi ieiunia, cineres, saccos, fletus, orationes. Ionæ 3.

II. De iniunctis ab Confessario factis dixi Mat. 18. *Quæcunque alligaueritis, in seu culpis, seu pœnis, alligata erunt.* Quibus igitur sit potestas alligandi culpas, quanto magis & pœnas aliquas? Idque culpis etiam remissis; sic, sic exposcente post condonatricem. Misericordiam iustitiæ Dei.

#### LX. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERANVS Melanch. Oratio, Ieiun. Eleem. non sunt opera Satisfactoria, nisi ex humana traditione & ceremoniosa fictio neque proinde inutilia sunt. Kemnit. Bona quidem sunt in se, non tamen superstitiosè satisfactoria in tali die, modo numero, res, &c.

**C**HRIŒTVS. De istorum singulis mea fecus clamant exempla facti; qui per diu & pernox in Orationibus perlitit: qui XL. dies Ieiunauit: qui esurien-

rientes cibavi; qui nullum non Misericordiae opus qua spiritale, qua corporale exercui prorsus asceticè; causâque nullâ mei, sed exempli solâ, meritique vestri pro vobis.

1. De Oratione docui: Luc. 18. *Quoniam oportet semper orare, & non deficere*: Et verò sic orare. *Dimitte nobis debita nostra, culparum iuxta & poenarum.* Id quod velut explanat Apostolus, Iac. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut saluemini*, sc. à debitis. *Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Quin etiam, Luc. 6. & 23. *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos; ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est*: Idque in & remissionem culpæ ac poenæ ipsorum, & in partem vestræ Satisfactionis, & in cumulum meritorum vestrorum: omnia hæc in gloriam meam ac Dei. Quare, Mat. 7. *Petite, & dabitur vobis.* Nam, Eccl. 2. *Quis invocavit eum, & despexit illum?* Eccl. 3. *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.* Etiam Levit. 4. *Rogabit pro eo Sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.* De quem Sacerdote Sacerdotum verè, Rom. 8. *Quis est, qui condemnet? Christus IESVS qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, ut omne debitum dimittatur.*

2. Ieiunij pars vis est ad satisfactionem, cuius plena exemplorum Biblia: Moyfis, Exo. 24. & 34. Deut. 5. v. 9. Israelitarum, Leu. 20. v. 26. 2. Reg. 7. v. 7. in Maspha, 1. Esd. 1. & 4. Hest. 4. Machabeorum. Daniel, c. 10. Niniuitarum Iona. 3. Christi, Mat. 4. Annæ; Luc. 2. Apostolorum, Mat. 9. *Cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt.* Luc. 5.

3. De Eleemofynarum vi ad expiationem & satisfactionem vetera repetere quid attinet: cum, Prou. 21. *Facere misericordiam magis placeat Deo, quam victimam?* Idcirco Mat. 5. *Euntes dicite, quid est? Misericordiam volo, & non sacrificium* illud Iudeorum, Senfit, cui dixi: Mat. 18. *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi; quia rogasti me: Nonne ergo oportuit & te miseri conserui tui; sicut & Ego tui miserus sum? Dimittite, & dimittentini: dabite, & dabitur vobis.*

Quantæ manebant poenæ culpas Pròdigi, Publicani, in Adulterio deprehensæ, Zachari defraudatoris, Peccatorumque cæterorum, quos suscepi: at omne debitum dimisi placatus vel oratione, vel eleemofyna, aut fletu ac poenitudine.

### QVÆSTIO XL.

*An iustificatus verè possit Deo satisfacere pro temporali poenâ?*

#### LXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO. CALVINISTÆ pernegant, Vide Luthero-cal. p. 3. q. 101.

**CHRISTVS** 1. Vox Clamantis est, Luc. 3. *Facite fructus dignos poenitentiae*: sc. non solam vitæ nouitatem, & legis obseruationem; sed etiam restitutione iniuriæ aut damni, & emendatione vitæ: iuxta vnanimem S. Patrum Consensum. *Digni fructus sunt, qui iniuriam compensant factam Deo; idque ad æqualitatem proportionis iuxta læsi Dei acceptationem.*

2. Rectè, 2. Cor. 7. inter dignos fructus

M 3

ctus

Deus sanctæ tristitiæ ponitur *Vindicta*, seu assumpta sponte, seu iniuncta: & ea est Satisfactio ipsa.

3. Scripturæ de meritis vitæ æternæ huc faciunt. Vt Matt. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem, sc. denarium*, id est, vitam æternam. De hac 2. Tim. 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ. &c.* At hæc laborum est merces.

4. Isa. 1. Deus promittit perfectam remissionem ijs, qui se & lauerint, & excrucerint operibus misericordiæ. Clare Prou. 16. *Misericordiâ & veritate redimetur iniquitas*: Redemptio autem est Satisfactio.

## V. DE EXTREMA VNCTIONE, ORDINE & Matrimonio.

### QVÆSTIO XLI.

*An Extrema Vnctio sit vere & proprie dictum Sacramentum?*

#### LXII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERVVS: Ritus est; non Sacramentum. CALVINO & Lutheranis cum Waldensibus, Wiclefistis. &c. non est Sacramentum, sed ridiculum vnguentum.

**CHRISTVS. I.** Vnctio infirmorū verè est Sacramentum, à Me institutum; quia ab S. Iacobo promulgatum intrepide, & indubiè, ex certa scientia sua Institutionis meæ. Alioquin temeritatis excusari non posset, qui a deo mandaret usurpari ad modum ritumque cæterorum Sacramentorum id, quod à me, vt Sacramentum ritè institutum, non accepisset.

II. Ecce omnia in Vnctione ea ad sunt, quæ sacramenti sunt. *Infirmatur quis in vobis, probabiliter ad mortem? Inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, Vngentes eum oleo, in nomine Domini*, benedicto: Ecce Ritus, seu signum externum ac perennaturum: Idque rei Sacra: nam *Et oratio fidei*, id est Verbum sacramentale cum oleo, *SALVABIT infirmum* per collatam gratiam. Nam *Si in peccatis sit, remittentur ei*, infallibiliter ex opere operato. Ecce promissionem absolutam ac certam; quæ necessario præsupponit Institutionem: Porro per accidens, (si Deo sic visum) *& alleviabit eum Dominus*, tum acerore pressum animū, seu pusillanimitate deiectum; tum & subinde corporis morbum mitigabit. Atque id signum Institutum est Noui Testamenti solius; est perpetuum, non breue, sed quamdiu infirmi erunt: Est rei sacra, Remissionis peccatorum, Salutisque conferendæ per applicationem Vnctionis.

III. Ille curandi ritus est vere Sacramentalis; & non miraculi instar. Nam miraculum non definit certos corporis defectus; sed indifferens est ad omnes, ad cæcitatem, claud. surd. lepram, &c. At hic *Infirmatur quis*, decumbens ad mortem quasi.

2. *Inducat presbyteros*: at donum miraculorum non est proprium vnus ordinis hominum.

3. Nec in his est vllius præscriptio materiæ: at hic est olei.

4. Nec ijs additur infallibilis promissio; vt hic, *Et oratio fidei. &c.*

5. Nec ijs remittuntur peccata:

6. Nec eadem pertinent ad omnes;

vt cæ,